

Spiramenta, novas veniat quo succus in herbas,
 Diglomeratque nives & grandine verberat auras.
 Nam cum sol rebus præsit pater ipse creandis
 Ut sese ad manes bruma sub frigore transfert,
 Tam tellus vidua fulcos oblimat in alvo,
 Et tandem complexa suum lætatur Adonim.

Voluptatē pietati anteferri. *Porro id hemistichion, Cælo præfertur Adonis, usurpanti poterit loco proverbii, ubi significabimus, voluptatem anteferri pietati.*

FABVLARVM
 POETICARVM
 P. OVIDII METAMORPHOSI
 DESCRIPTARUM

INTERPRETATIO ETHICA
 Physica & Historica

Autore

GEORGIO SABINO.

LIBER XI.

FABVLA I. CARMINE DVM &c.

De Orpheo à Bacchis discerpto, & de serpente in lapidem.

Nihil ita implacabile ac mulier.

Orphei à mulieribus trucidati ac discerpti exemplum docet, nullas feras tam implacabiles se præstare, quàm mulieres